Veri dotis et expeditionis post ipsam acceptae, et in domum suam importatae, nec non aliam similem summam Quinquaginta florenorum polonicorum ratione certi, veri, justi, et liquidi dotalitij, in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium, haereditariorum obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum nec non auri argenti clenodiorum Unionum Margaretarum vestium vestimentorum Stanni aeris cupri orichalci pecorum pecudum equorum equireas, ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae, dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit et reformavit, prout dat, dotat dotalitiat, inscribit, et reformat praesentibus per ipsam Nobilem Hedwigim Bandorfowna sui recognoscentis consortem legitimam et ipsius posteros, eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium, cum universis ipsis Utilitatibus et usufructibus, competentiaque et praerogativa quavis tenendi, habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice usufruendi, ac ad usus suos, et suorum successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, vigore ac more aliarum Reformationem hac tenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

Strzelbicki Zyhalowicz Consorti Reformat.

793 Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Zacharias Strzelbicki Zyhatowicz Nobilis olim Jacko Strzelbicki Zyhatowicz cum olim Nobili Marina Grodowska Consorte eius legitima procreatus filius. sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus, Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Fennae Popielowna Nobilis Pauli Popiel Oleszkowicz cum Nobili olim Jasia Sozanska Consorte ipsius legitima procreatae filiae sui vero Recognoscentis Consorti legitimae eiusque posteris summam Quinquaginta florenorum polonicalium ratione verae dotis et expeditionis post ipsam

acceptos et indomum suam importatas nec non aliam similem summam Quinquaginta florenꝫ polonꝫ ratione Certi Veri iusti et liquidi dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum gnlr omnium hæreditario rum obligatoriorum, Mobilium et immobilium summarumq quarumuis pecunꝫ, nec non auri argenti clenodiorum Unionum Margaretarum Vestium Vestimentorum, Stanni æris, cupri orichalci pecorum pecudum equorum Equitiorum, ac totius suppellectilis domesticæ nunc habitæ et inpost habenꝫ, dedit, dotauit dotalitiauit, Inscripsit et reformauit, prout dat, dotat, dotalitiat inscribit, et reformat præsentibus, per ipsam Nobilem Fennam Popielowna, sui Recognoscentis Consortem legitimam, et ipsi posteros, eandem Medietatem bonorum suorum generaliter omnium, cum Uniuersis ipsi Utilitatibus et Usufructibus competentiaq et prærogatiua quauis tenendi habendi et possidendi illisq quiete et pacifice utifruendi, ac ad Usus suos et suorum successorum quosuis beneplacitos, libere et effectualiter conuertendi, Vigore ac more aliarum Reformationum, hactenq et diutius in Regno Poloniæ obseruari solitarum.

Feria Quarta post Festum Sanctæ Annæ Matris Deiparæ Virginis Mariæ proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo primo. 29/VII

Ustrzÿcki Iudex T. Sanocen Kobÿlnickie Condes Quietat -793

Comparens personaliter Coram officio et Actis Præsentibq Castrensibus Capitanꝫ Premysliensꝫ Gnosus Mathias Stanislaus de Unichow Ustrzycki Iudex Terræ Sanocensꝫ sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo præsenti vero Castrenꝫ Capitanꝫ